



I
137952

Incunabel

E.S.
Eduard Schmid







ad: A. Cat. sec. I. 455

67

FERNANDVS: SER
VATVS::

61 buff 9



I

139952

Incunabel

Caroli Verardi Cæsenatis Pontificii Cubiculari in Fernandum seruatū ad R. P. Petru Mendozam Archiepiscopum Toletanū Hispaniæ Primatem; ac S. R. E. Cardinalcm Præfatio+

2

 Vm accepissem Præful optime Fernādum inuictissimū Hispaniarum Regem: dum Barcinone cōuentus ageret: ac iura populis daret: a uesano nescio quo ferro petitum uitæ discrimen adiisse: tam atroci nuntio percußus: cœpi nō sine admiratione mecum ipse cogitare: quo nam modo: diuina pudentia cuncta gubernāte: fieri potuisset: ut uir tātē uirtutis ac pbitatis ī tā dirū luētuosumq; casum in cideret. Ac me multa cū aio meo agitatē rō ipsā in hāc potissimū sniam duxit: ut existimarē humani generis hostes: deo pmittēte: nefariū illud faciūs esse molitos. Legerā nāq; sāpe ī sacris lris dæmonū inuidiā potius in uiros pbos: q; facinosos sāuire: suasq; nocēdi artes exercere consueuisse. Quippe q; hos iā p suis satellitibus ac ministris habeat: illos uero sui (ut ita dixerim) tartarei regni acerrios ifestissimosq; hostes expiatē. Ita q; cū Fernādus nihil ageret: nihil moliret: nihil postremo dies noctesq; cogitaret: nisi quæ ad ueræ fidei amplificatōem & sumi dei cultū ppterēt:

a

mihi nō mó uero simillimū: sed & certissimū ui-
sum est; dæmonū cōsilio & instigatōe factū esse:
ut uesanus ille Regem ferro necare conatus sit.
Quippe cum mēs eius nullis artibus aut dolis:
nō illecebris uoluptatum: nō terrore: nō minis:
nō deniq; ullis laboribus aut capitis periculis a-
recto cursu ac sancto instituto deflecti posset: ea
una diabolicae fraudi ad sua regna tuenda resta-
bat uia: ut scilicet de medio tolleretur: & sua ne-
ce alios Principes: qui fortasse eius uestigia ipo-
sterum essent imitaturi: deterreret. Diuina uero
prudentia iccirco id fuisse pmissum existima-
ri debet: ut Regis uirtus enitesceret: & inter ad-
uersa illustrior fieret. Siqdem ut a sacris doctori-
bus traditū est: Virtus in infirmitate perficitur:
sine hoste marcescit. Et prospera etiam sapientū
aios nōnunq; transuersos agunt a recto: aduersa
uiros explorant: atq; ad usum uirtutis exercent.
Et propterea solitus est eleganter dicere Deine-
trius philosophus: Nihil sibi infelicius uideri
eo: cui nihil unq; euenisset aduersi. Non tamen
dæmonū impietas ad necem usq; saeuire pmissa
est. Eorū enim potestatem constat dei uoluntate
quodāmō ligatā esse: neq; illis licere p animi li-
bidine in bonos uiros suas nocendi artes exerce-
re: sed eatenus dūntaxat: quatenus eorū crudeli-

tas & insidiae sint ad exercitia & corroboramen-
ta uirtutis: non ad eius interitum. Indignū etiā
diuinæ clementiæ uisum est: ut uir tam sanctus:
Rex tā iustus: tam pius: tā bene de omni religio-
ne Christiana meritus: in honesto mortis genere
interiret: & propterea eum ad magnas & p̄ecla-
ras res gerendas reseruans cœlesti ope ab impiis
manibus liberauit. Hæc igitur mihi mente agi-
tanti uisa est sane digna materia: in qua p̄ecla-
ra quæq; ingenia desudarent. Itaq; ut ipse quoq;
quoad uires meæ ferrent: Regiæ gloriæ non de-
esse: sumpto calamo totam eam digessi: & per-
sonis uariis: quas induxi loquētes: distinxit quo
res non solum lecta: sed etiam oculis: quorū sen-
sus in nobis acerrimus est: spectata: plus haberet
& uoluptatis & gratiæ. Cumq; iam mihi: ut Na-
sonis uerbis utar: siqs erat dicēdi carminis usus
deficiat: sitq; minor factus inerte situ: fungarq;
hoc tempore: Horatiano more: uice cotis: acutū
reddere quæ ferrum ualet: exors ipsa secādi: ma-
teriā ipsam Marcellino nepoti & alumno meo:
qui Poesi mirifice delectatur: uersu describendā:
poeticisq; coloribus salua rerum dignitate ac ue-
ritate pingendam exornandamq; tradidi. Quod
is plane assēcutus uidet. Nā ita res inter utrūq;
temperata est: ut cum ueritate ac religione ma-

a+ii+

xim opere cōsentiret: & a Poesi: cuius auctore La
ctantio: officiū est: ut ea: quæ uere gesta sunt in
alias species obliquis figurationalibus cum deco-
re aliquo conuersa traducat: non penitus abhor-
reret. Cum autem hic adessent Regii Oratores
Berardinus Cartuaial Paceñ + & Iohannes Me-
dina Astoriceñ Præfules: quorum uterq; cum
summa bonitate ac prudentia: singularē in om-
ni scientiarum genere doctrinam coniunxit: eo-
rum acerrimo iudicio opusculum ipsum iam ad
calcem perductum subiiciēdum putauit: quibus
argumentum & carmen laudantibus: hortanti-
busq; ut pro honore & gloria inclyti Regis res
in lucem dederetur: eam ut Comœdiæ seu tra-
gœdiæ solent: iisdem suffragantibus agi recense-
riq; curauit: potest enim hæc nostrā: ut Amphit-
ruonē suū Plautus appellat: Tragicocomœdia
nuncupari: q; personarū dignitas & Regiæ ma-
iestatis impia illa uiolatio ad Tragœdiā: iucun-
dus uero exitus rerum ad Comœdiā pertinere
uideantur. Tanto autem fauore & attentione ab
ipso Pont. Max. pluribusq; Cardinalibus ac præ-
fulibus (ut inferiores taceam) spectata est: ut fa-
cile appareret: eos omnes uel sola fama uiirtutū
Fernandi Regis illectos omnia: quæ ad eius lau-
dem dicerentur: aut fierēt: studiose audire & cer-

nere: atq; ut acerbo eius casu ingemuissent: ita sa-
nitate redditia: plurima uoluptate lætitiaq; affi-
ci. Hoc igitur opusculum: quod: Fernandi Ser-
uati: titulo prænotauit: ut Regio nomine insigni-
tum gratius in studiosorum manus deueniret:
cui potissimum dicarem: nullus te Venerande Pon-
tifex magis idoneus occurrebat. Siquidem hæc
quæ ad laudem ueramq; gloriam istorum Chri-
stianissimorum Principum: quos tu summa fide
& obseruantia colis: spectant: & in quibus: is tibi
locus: qui & dignitatè: & qua apud illos uales:
gratiam decebat: assignatus est: iucundo nimirū
animo lætoq; uultu excipies: & tua auctoritate:
qua polles plurimum: facile ab inuidorum morsi-
bus tueri poteris. Quod ut facias Reueren+Pa-
ter te etiam atq; etiam rogo.

Marcellini Verardi Cæsenatis Fernandus

Seruatus+

Ad Pont+Max+Prologus+

O pater: o pastor: mundi fidissime custos:
Qui portas summi reseras & claudis olympi:
Ne pigeat nobis aures præstare benignas:
Et placidos uultus: ut libera corda timore
Fernandi eximum nomen laudesq; loquantur.
Infera quem ferro dum turba necare pararet:
Seruauit superi clementia summa Tonantis.
Eius ut auspiciis: rerum te sceptræ tenente:
Immensus Christi uolitent uexilla per orbem.

PLVTO AD FVRIAS.

Q Spes tartareæ sedis regniq; pfundi
Eumenides: quodā(nemini)mecū ipse
Et subitus tumidas cōcœpi sæpi iras / querebar
Concutiens caput horrendum: q; sæpe uiderem
Nescio quos: nostris popularibus indere mentē:
Ut nos desererent: iactantes ditia & ampla
Dona piis tribui: sceleratis infera regna.
Sed tamen ista leui fuerant hortamina damno:
Vix quota pars præstare fidē nam uocibus hor
Nouerat: assuetis pergens confidere rebus.

At nunc res agitur maior: nam tota laborant
Regna: nisi audaces uestra succurritis arte.
Hesperiae Rex ille potens (nam uera fatebor
Sit licet hostis atrox: nobisq; inimica retractet
Strenuus arma diu) properat confinia nostra
Imperio domitare suo: nostrosq; clientes
Insequitur ueteri denudans arua colono:
Non aliter q; si uictor foret iste secundus
Amphitryoniades: cui nunc Stheneleia proles
Imperet haec duro monitu Iunonis iniquæ.
Quid memorem: quoties nra de gente triūphos
Rettulerit: quotiens spoliis remearit honustus
Innumera iuuenum comitatus utrinq; caterua:
Quis nescit: quotiens hostili sanguine campos
Sparscerit: atq; amnes mutare coegerit undas:
Et se mirari solito non ire colore.
Nec contentus adhuc nuper Magmede repulso
Sede sua: ueteres proscindens undiq; leges:
Baudeliq; meo fœdissima sub iuga misso:
Granatum domuit: uictorq; intravit in urbem
Improbis: & populum dictis parere coegit.
Optima nōne mihi dudum pars cesserat orbis:
Africa nōne mei fuerat latissima iuris?
Nōne Asiam nostris dederam parere ministris:
Europæq; bonam partem: lateq; uagabar:
Et totum nostro molibar subdere mundum

Seruitio: uestra confisus fraude dolisq;
At nunc Fernando contraria signa ferente
(Pro dolor) Europa iandudum cessimus omni:
Nec dubium quin hic Nabatheū subiuget orbē:
Eoasq; domos: proprio nisi forte labore
Nūc mihi fertis opem:qua uobis bella mouere:
Innumerās q; datur gentis ad p̄celia ferre:
Et pacem turbare: grauisq; cīere tumultus.
Este precor memores o summa potentia Ditis
Pacificas quotiens urbes ad bella uocatis:
Concordesq; domos + quotiens diserpere mater
Lymphata per uos properat sua pignora mente:
Ergo agite o nigri spes & tutela Baratri:
Per stygias undas stagnā intemerata rogamus:
Artibus innumeris fœcundum uertice pectus:
Nostraq; quæ pereunt: defendite regna sotores:
Consilio parili uos hic decernite quæso
Qua Regis furor hic possit ratione teneri:
Sic nos seculo repetemus pectore sedes
Tartareas:cæcasq; domos: nocteq; profundam+

ALECTO

Dux Herebi uenerande pater: cui turba silentū
Tristis: & immensi famulantur regna Baratri:
Quanq; sollicita non uanos mente timores
Concipis:& merito tantum compescere Regem
Moliris nostro minitantem uincula regno:

At desiste tamen graibus tua pectora curis
 Sollicitare: metu tristi molimine nostro
 Liber eris. Nihil est gemitu q̄ pectora lassos.
 Concutiam diro fœcundam crimine mentem:
 Qua ualeo mortale genus cōfundere & orbem.
 Mutato faciam soli tibi seruiat ille
 Consilio: soliq; manus tibi tradat & arma.
 Ergo age securus per me ad tua tartara migra:
 Teq; sinu caræ moestum solare maritæ.

MEGERA.

O soror Alecto graibus redimita colubris:
 Reddere sollicitam mentem cui fata dederunt:
 Et stimulis homines deflectere tramite recto:
 Horrisona tu uoce quidem nūc multa Tyrāno
 Tartareæ sedis promittis & impia facta.
 Sed quæ certa tuæ tandem sententia menti
 Sederit: expediās breuiter: paucisq; resolute.
 Nam nos ambiguo sensu uarioq; tenemur:
 Quo pacto liceat tantum subuertere Regem:
 Qui stabili ratione pedes defixerit ambos.

ALECTO.

O sociæ num uos quid nā mea pectora possint:
 Horrida quid ualeat lambentes mēbra Ceraстæ
 Præterit: an nostrum penitus torpere putatis
 Pectus: An oblitæ quot pestes: quotq; minaces
 Mente geram furias: cur me nox atra sinistro

Fuderit in tenebras partus rabientis cruentam
Ipse parens Heribus dederit: mentemque malignam?
Num totiens dabitur nostrum subuertere gentis
Concordes fremitu insano? Regesque superbos
Arte mea potero crudelia ad arma uocare:
Nec fas unius fuerit mihi uertere mentem?
Sed uos Germanae mihi credite+ Numinia testor
Infernii patris: magni Phlegetontis & undas:
Iam faciam pateat quid nam mea pectora & hydræ:
Verbera quid ualeant: rabiesque infusa per omne
Corpus: & undantes spumis furialibus iræ.
Huic ego confundam mentem caligine cæca:
Et uariis tentabo modis: animumque labantem
Armata impellam dextra serpentibus atris+
Desistat subito faciam melioribus aëtis:
Deserat & superi sublimia signa Tonantis.
Hinc nostrum cupiet præcedere feruidus agmen:
Viribus & nostris inuadere castra suorum+
Restituet nostro Plutoni quicquid ademit:
Christicolumque omnis late populabitur agros
Instaurans ueteres leges monumenta uerendi
Magmedis: quæ nunc misere prostrata uidemus.
Denique quicquid habet numerosa potētia mundi:
Hoc duce (nec fallor) stygia ditione premetur.

MEGERA.

Non equidē inficio multū Germana colubras

Posse tuas:scimusq; etiam te crine uenena
Fundere concusso:scimus tibi pectora late
Innumeris perfusa odiis:quibus undiq; saua
Bella mouere potes:subitosq; ciere tumultus:
Per te Pirithous fugisset Thesea:per te
Dilectum fratrem uitasset Castora Pollux:
Et Piladem infidum quodā uocitasset Orestes.
Deniq; sola tenes scelerum tu quieqd ubiq; est.
Sed tamen heu frustra soror hæc molimina dira
Mente tibi concepta reor.Sunt irrita crede
Consilia.O quotiens comitatu instructa pfano:
Multipliciq; dolo:circūq; nocentibus hydris
Hunc hoīem uolui peruertere ab ordine rectos:
Nec ualui:quanq; multos ad talia facta
Impuleram prius arte mea:multosq; coegi
In proprios sœuire patres:uetuiq; parentes
Parcere pignoribus. Quoties mihi nata Parētis
Coniugium infandum petiit:quotiensq; furētis
Gestare in superos crudelia tela coegi:
Et tamen hūc precibus:blandaue libidine nūq;
Non precio:dirisq; minis:nulloq; periclo:
Non solitis stimulis:tacita non fraude moueres:
Non trepidante metu potui:non artibus ullis:
Sed ne te nimium longo sermone moremur:
Crede mihi citius rapidissima flumina cursum
Sistere cernemus:Solemq; micare tenebris:

Et Phœben splendere die non ordine recto:
Quam quis consilio ualeat uel fraude profana
Hūc hoīem a superis cōuertere ad impia facta+
Quare age Tisiphone si quid tibi mēte resedit:
Quo nobis firmare queas fluitantia corda:
Anguibus in tergum solito de more reiectis
Prome tuam rabidis tumefactam uocibus iram.

TISIPHONE.

Non ego tartareo credar concepta Baratro:
Ni scierint quodcunq; nefas cōmittere nostra
Pectora:ni scierit caput hoc cōfundere cœlum:
Si iubeāt dominus Phlegetōtis & infera turba+
Nūc opus aggredior maius q̄ uertere mentem:
Postq̄ nil fraudes prosunt: nil dira uenena:
Nil stimuli:tristesq; minæ: nil blanda uoluptas:
Nō opus ē uerbis uideo: sed sanguine & armis+
Me uocat iste labor: nihil est quod uerbera nřa
Non ualeant agitare: mihi est īmanius hydris
Ingenium:& rapidis fluuiorū incertius undis:
Actius harpyis: multo uiolētius haustris+
Hoc onus ergo mihi: totamq; relinquite curam.
Iam scio quid furias deceat: quid pectora nřa.
Per me nunc Orbis gemitu reboabit & axis
Hesperius:per me Regalia tecta madebunt
Sanguine:nunc referā tanto de Rege triumphū
Vulnere inaudito capite & ceruice recisa+

ALECTO.

O soror: o nostri suprema potentia Regis
 Funereas Germana manus nunc porrige nobis:
 Oscula iunge precor. Picei per numina Ditis
 Pallida iuramus; nihil est: quo regna tueri
 Nostra queas melius: sic sic Rex iste proterius:
 Non alia ratione potest: aut arte domari.
 Per te nunc (fateor) solam Germana repertū est
 Ars mea quod nunq̄ potuit: nec torua Megera.
 Ergo uale: & solers iamdudum perfice coeptum.

TISIPHONE SOLA.

Concute Tisiphone fœcundum cōcute pectus:
 Anguiferum commisce caput: reminiscere q̄tum
 Sæua pares facinus tendens in Fata Deosq;
 Spicula: conuoluens furiali cuncta paratu.
 Non opus ignauo nunc est: nec inerte ministro:
 Sed quo non usquā fuerit crudelior alter:
 Qui sit & humano consuetus sanguine foedas
 Semper habere manus: qui gestet pectora plena
 Criminibus diris: qui blando fallere risu
 Norit: & illecebris occultam intexere fraudem.
 Obuius ergo mihi: dum sic furibunda pererro:
 Quis dabitur: quis nā: cui nūc serpētibus atris
 Pectora cōfundam: stimulemqq; furore profano:
 Et quem Regalem deducā ad Principis Aulā:
 Sanguinis ut cupidus flagrāsq; cupidine regni

Regem obtruncatum solio deturbet ab alto.
EADEM RVFFVM CONSPICATA.
Sed quem tam dirum video liuentibus ire
Huc oculis: uariisq; genis:& sponte furentem:
Sanguineaq; acie pperantē: an Ruffus iniquæ
Progenies uelsana Stygos? Iam uerba tenebo:
Vt bene percipiam quo mentem dirigat oīnne.
RVFFVS SECVM.

Siccine tranquillam mentem: uitamq; quietam
Esse mihi patiar? Cur dudum a sanguine fuso
Cessauere manus? non hæc clementia nobis
Conuenit: ha nimium marcescūt membra qete.
Ocia nunc abeant. Agito crudelia mente:
Veh quibus occurram. satiabo sanguine ferrū:
Mortibus innumeris ditabo Tartara nigra.
Si scelus hic deerit: tentabo sidera cceli:
Aut uiolabo diem: superis uel bella mouebo
Impiger: & ditis furibundus iura tuebor.
Hæc me facta decent: non uitam ducere inertē.
Nam mihi cur rabiem dederit uiolēta Megera?
Cur me Tisiphone nutriuerit ubere diro?
Tertia monstrarit cognatum haurire cruorem?
Cur proprios letho manus hæc robusta parētes?
Cur natos dederit? cur fratres? cur ue soi ores?
Si pia facta iuuant recto deducta tenore?
Cur tamen heu nobis cur non se tanta facultas

Obiicit? ut ualeam mores ostendere nostros.
 Dispereo misere: solitum nisi dextra cruentum
 Hauriat: & uirus conceptum pectore fundam.

TISIPHONE SECVM.

Aptior haud nobis poterat se offerre minister.
 Hic (fateor) longe superat me nempe magistrus:
 Possidet hic quicquid scelerum possedimus oes:
 Ibo igitur proprius: coeptumq; augebo furorem.

EADEM AD RVFFVM.

O decus armipotens: o spes: o dulcis alumne
 Dic mihi dic agendum: quid te turpissima dudu
 Ocia Russa tenent: cur sic inglorius annos
 Exigis: & florem uitæ consumis ineritem?

Heu tandem cognosce precor: quid teq; tuamq;
 Nuc deceat rabiem: ne spernas uerba rogamus:
 Si te prima meo tenerum de matre cadentem.

Sedula suscepisti gremio: si membra refouisti
 Saepse sinu rigido: quom fletibus ora rigares:
 Si tibi materna porreximus ubera uoce:

Per me si ferrum nosti satiare cruento
 Vndanti: & populis crudele intendere lethum.
 Heu nescis nescis: quid nam tua Fata pararint:

Quid fortuna tibi: quid sidera: quidq; Deorum
 Numina: si in melius rabida conuertere mente:
 Nec tibi segnitie libeat corrumpere uitam.

Hesperiae (mihi crede) plagæ dominabere toti:

Si parere uelis: solitasq; resumere uires+

RVFFVS.

O quæ ceruleos gestas pro crinibus angues:
Per te: perq; tuum caput inuiolabile: nunq;
Desistam genetrix longe ueneranda rogare:
Ut mihi nunc monstrare uelis: qd fata pararint:
Quid fortuna mihi. Doceas ubi præmia tanta:
Fare age cara parés. Monstra dū pectora feruēt:
Dū manus in pmptu: dūq; ipius ardor ihæret.
Eia age iam precibus cari flectaris alumnī:
Sic tibi perpetuo liceat per regna silentum
Tartaream in turbam rigido scuire flagello.

TISIPHONE.

Postq; magnanimum pectus tibi Ruffe paratū:
Effrenesq; animos tantis assurgere prompte
Conspicio rebus: dabitur mihi crede minister
Optime: quod summis precibus cōtēdis habere.
Nunc monstrabo uiām: qua teq; tuumq; furorē
Augusto liceat iamiam satiare cruore.
Quod decus inde feres: q̄tamq; merebore laudē?
Quippe mihi uideor clarum Diadema uidere
Temporibus radiare tuis: sed uiribus uti
Nunc opus: & ualidae nequaq; parcere dextræ.
RVFFVS.

Iam me iam nimium longo sermone moraris:
Expedias tandem: quæ sit quæ tanta facultas:

Quo pacto ualeam facinus cōmittere tantum
 Crede mihi genetrix: nihil est tā turpe: qđ ardēs
 Dextra reformidet cultro munita furenti:
 Dum modo me possim solio trabeaq; superbū
 Reddere:& augusta caput hoc ornare corona.

TISIPHONE.

Aduertas igitur paucis te Ruffe docebo.
 Iam scio nouisti Fernandum Martis alumnum;
 Qui cōmuniſ amor lati nunc dicitur orbis
 (Pro dolor)& nostras totiens qui fundere gētis
 Appropans: semper remeat uictricibus armis
 Clara triumphali redimitus tempora lauro:
 Quem supplex oriens audito nomine tantum:
 Occiduusq; dies posita feritate ueretur:
 Hic est: qui regnum certa tibi sorte dicatum
 Possidet: & magna munitus utrinq; caterua
 Præradiat solio: fruiturq; quod ipsa pararant
 Prouida fata tibi: sed te quid Ruffe quid ultra
 Detinet imbellem: cur non in Regia tecta
 Sponte furis: cur nō recipis uiolenter adempta?
 Si uires en tempus nunc est: quo uota sequatis
 Expectata diu: Trepidis nunc iura superbis
 Dat populis: tantæ securus fraudis & astus.
 Ipse per insidias tacita sub ueste latentem
 Illuc fer gladium: quem tergo Regis adhæsus
 Exere: & audaci iandudum perfice dextra

Horrida terrifico maculentur rostra cruore.
Ipsa frequens adero nunq; te Russē relinquam:
Hæc erit illa manus : quæ certū dirigat iectum.
Nunc curare tuum est: tanto ne dextera cœpto:
Neue animus titubet fac altum uulnus ad ossa:
Si qua potes penetret studiis popularibus ipsa
Sis gratus faciam: magnumq; sequare fauorem.
Omnibus immittam uiridi serpente furorem:
Peruertamq; hominum mentis caligine cæca:
Tota salutabit subitum te Hispania Regem.
Ergo age tolle moras: dū se tibi cōmoda præbēt
Tempora: dum faciles uenti: tu carbasa pande.
RVFFVS.

Non opus est uerbis: nec tanto diua rogatu:
Namq; ego ni longe superē documenta Magfæ:
Ni capiti imponam madidum diadema cruore:
Sisyphium facito subeat mea uita laborem.

TISIPHONE SOLA.

Quas mihi debebunt laudes: qualesq; triūphos
Tartara: si tantum Regem prostrarit alumnus
Noster: & intrepidus hostilia colla secarit
Hesperio sellam denudans Rege Curulem:
Qui solus nostros popularis impete magno
Perdere tentabat: totumq; fugare per orbem:
Nec superum fulcire fidem: propriumq; cruore
Fundere cessabat: semperq; resurgere maior

Squallida consuerat longi post uulnera belli.
 At nunc quis tantos Proceres: tantasq; Phalāges
 Pro superis ductare uolet per aperta pericla?
 Haud ducibus cunctis sedet hæc sentētia cordi:
 Bella sibi nunc quisq; gerit: solumq; laborat
 Imperium proferre suum: cessatq; tueri
 Quod cōmune uidet. Marcescunt pectora turpi
 Segnitie potius q̄ quis succurrat amicis.
 Nunc sola ambitio regnat: calcatur honestum
 Sub pedibus: cumulant̄ opes discrimine nullo.
 Nusq; Fabritius: nusq; mens sancta Camilli.
 Hic solus(fateor) communia bella gerebat
 Non sibi sed fidei: clypeo munitus & hasta
 Semper: & assuetis nunq; defessus in armis.
 Quare hic si nostri percussus uulnere Ruffi
 Sanguinēa pulsabit humū: quis deinde uerabit
 Auspice me totum Plutoni tradier orbem?
 Magmedisq; mei late monumenta uagari?
 Quis digna me laude feret: quæ sola sororum
 Nunc fuerim cōmenta uiām: qua nostra iuuent̄
 Imperia: heu tantam iandudum passa procella.
 Utterius sed certa uetant me Fata morari
 Iam uidco: prohibentq; frui Regione serena.
 Hinc Acherontæas descēdere cogor ad umbras:
 Tartareiq; Iouis tenebrosa reuisere Regna.

REGINA AUDITO REGIS VVL
NERE EXANIMATA EGREDI
TVR CVM NVTRICE.

NEmiserā pauidas q̄ tristis pculit aures
Nūtius+heu peo quotiēs audita recor-
Pro supi subito potius mihi terra dehiscat: // dor
Vel me perpetuas demittat fulmen ad umbras:
Quam quis q̄ nostri uiolarit corpora Regis+

NVTRIX.

Parce precor lachrimis:& fletibus ora rigare.
Qui scis an uerus fuerit de uulnere Regis
Nuntius? an potius mendaci uenerit ore?
Vix equidem credo quenq̄ Regina fuisse
Tam dirum: & tota penitus ratione carentem:
Ut uiolare tuum tentauerit ense maritum.
Qui placidus semper tractabat cuncta benigno
Imperio; qui tantus erat moderator honesti
Iustitiae&q; simul: per quem iam sæcla redibant
Aurea: qui tanta populos in pace regebat.
Præmia digna bonis qui solus reddere norat:
Et fræno cohibere malos: quo Principe tandem
Tuta uidebatur nimium sibi machina mundi.
REGINA.
Heu mirū hoc minime Nutrix mihi cara uidet:
Te in pōre præcipue nostro: quo regnat erymnis

Inferā quo nusq̄ Maiestas Regia tuta est.
 Hæc animū tamen afflictæ spes unica reddit:
 Quod perhibent uulnus diuina sorte retentum:
 Ne penitus cari resecaret colla mariti.

EIVSDEM ORATIO PRO SALVTE REGIS.

O pater omnipotens: o summi rector Olympi:
 Cuius opus mortale genus: cœlumq; profundū:
 Planitiesq; immensa maris: spatioſaq; tellus:
 Hoc caput o libeat mundo seruare cädenti:
 Quod fuerat totiens alienæ causa salutis.
 Profuerit proprii capitī tot aperta pericla:
 Tot sumptus: diuine Pater: uariosq; labores
 Pro sancta subiisse fide: tot milia uincis
 Exoluisse hominum diro famulantia Regi:
 Impia profuerit Maurorum castra fugasse:
 Insignesq; sacris templis posuisse triumphos
 Et Magmedæas totiens fudisse cohortes.
 Tu quoq; : quo felix patrono Hispania fertur:
 Huc ades: & meritum Regem diuine Iacobe
 Aethereo cōmitte patri: relectetur acerbum
 Vulnus: & ignauo reddatur poena nocenti:
 Nec liceat regnare malis uirtute iacente
 Sub pedibus diris. Quis enim fas esse putarit
 Vexariq; piōs: contraq; uigere nocentis?

EADEM VISO DIVO IACOBO.
 Sed quis tam subitus percussit lumina fulgor:

Humanam superans aciem: sint omnia fausta:
Sit fœlix quodcunq; paras Pater optime diuū.

DIVI IACOBI AD REGINAM
CONSOLATIO.

Desine iam lachrimis castissima femina: tristes
Cómaculare oculos. Cessent iam uota precesq;
Sollicitare deum: deponas corde timorem.
Vox tua iandudum placidas peruenit ad aures
Aetherei patris. Qui cum spectaret ab alto
Horrendū facinus: qđ barbara dextra parabat:
Huc me festinum supero demisit Olympo:
Qui cælestè manu lænirem uulnera Regis:
Immeritaq; uirum prohiberem morte perire.
Duxerat indignum cœli pater ille supernus:
Si Regem:tanto superum qui flagrat amore:
Cui fidei cómissus apex:qui regna Tonantis
Assidue proferre studet per mille pericla:
Proditor unus iners ignaua morte necaret.
Non tamen hæc Regē credas mala talia passum
Criminis ob poenas:aut læsi Numinis iram.
Sed pater omnipotēs uoluit sic Principis: huius
Explorare animū. Nam uirtus inclyta sece
Rebus in aduersis melius probat: inq; periclis.
Corrumpūt métem sapientum:animosq; fatigāt
Prospera:nutritur generoso uita labore.
Pace diuturna marcescunt fortia corda:

Sordescuntq; situ: nisi portas cuspide pulset
 Miles: & hostili minitetur uulnera ferro.
 Gaude igitur matrona dei dignissima donis:
 Vir tuus euasit seruatus grandibus actis:
 Imperioq; Asiae+ Veniet iam sub iuga supplex
 Africa+ & immensus diuinis legibus orbis
 Sub uestro imperio discet parere subactus.

REGINA SOLA.

Quas tibi nūc grates referā: quæ munera tandem:
 Coniuge pro incolumi: pro toto deniq; regno
 Maiestas ueneranda dei: Quæ lumine recto
 Cuncta uidens subiecta polo mortalia facta
 Præmia digna bonis: pœnâq; innocentibus addis.
 Sed quid lenta moror: cur non adolētur odores
 Ignibus accensis: cur non in templa facesso
 Tot rea uotorum: saluo quæ multa marito
 Debemus: sed quid crepuerunt ostia Regis?

EADEM CONSPECTO REGE.

O decus: o caræ spes & generosa uoluptas
 Coniugis: o uitæ requies: o dulce leuamen:
 Pectore quis rabido coniunxit: quis mête pfana:
 Quis penitus ratione carens: tibi fata pararat
 Impia! Num Scyron fuit hic: nū Sparthacus a
 toto mundo? REX. Ltrox.
 Dic rogo dic coniunx: nunquid de uulnere nfo
 Auribus haufisti: Scin quantum colla periculum

Vitarint nuper superum seruata fauore.
Scin quanto clypeo pro me diuinā Iacobi
Numina nūc steterint: scin uulnera sana repete
Ipsiū auxilio mīnimum mouisse dolorem.

REGINA. Ordine nunc recto mihi cuncta relata fuerunt.
Veꝝ age dic Coniunx nū debita quæſo nocentē
Poena manet: patit' qꝫ ferox adamantina uincla:
An sibi consuluit pedibusqꝫ fugaqꝫ rapaci?

REX. Seruatur uinctus tenebroſo carcere & atro:
Impia iam grauibus premitur religata catenis
Dextera: Iamqꝫ pedes plectūtur compede grādi.

REGINA. Iure qdē. At quo nā monitu:qua mēte: nefandū
Crimen id insano concepit pectore: scistin:

REX. Nescio. Nam uulnus lecto me affixerat altum:
Sed Mendoza: mei requies non parua doloris:
Quem nō ista latent: poterit tibi cuncta referre.

PETRVS MENDOZA CAR-
DINALIS.

Quid nisi mira nimis referā: credendaqꝫ tarde:
Nam quotiens Proceres ueſtri ſcitantur ab illo:
Quæ nam cauſa foret ſceleris: tantiqꝫ paratus:
Respondet tanqꝫ penitus ratione carceret.

Nec dtibiū:ratione caret:prenditq; catenas
 Mordicus:& populo spectanti triste minatur.
 Res monstrofa quidē. Capiti stāt lumina tetra.
 Terribilis facies premitur pallore nefando:
 Intuiturq; solum semper non lumine recto.
 Lingua uenena gerit. liuent rubigine dentes.
 Deformis macies appetet corpore toto.
 Nusq; risus adeſt. ſpiritia ſemper abundant.
 Horrendumq; caput redimitur crinibus atris.
 Inficit aspectu quicquid conſpexit acerbo.
REX.

Quid niſi ſuppetias nobis diuīna tuliffent
 Numina:q; facile cecidiffent colla recifa
 Vulnere terribili: quanta eſt(en cerne)cicatrix.
 Nunc igitur uere patuit q; mutua cura
 Sit nostri ſuperis. Nūc ſunt nūc magna gerēda:
 Ne tanti immemores meriti doniq; uocemur.
 Iam ducib⁹ nobis totum uenerāda per orbem
 Aetherei patris uolitabunt ſigna per Afros:
 Perq; Afiaē campos. imponam gentibus illis
 Diuīnas leges. ibis Regina per urbes
 Innumerā:gentisq; truces documenta docebis
 Mitia. Magnanimos quotiens mirabere Reges
 Imperio parere tuo feritate ſubacta:
 Hæc ſunt quæ dudum flagrati mente reuoluo:
 Nunc peragenda magis. dū nō præſentia defint

Numina:constitui nullos uitare labores.
Tu uero interea dum nos pia tela paramus:
Magnaniasq; acies : animosaq; classica Martis:
In tua tecta redi:conceptaq; soluere uota
Cura sit:atq; aris meritos imponere honores.
Mente dein grata Pario de marmore surgant.
Fac seruatori sublimia templa Iacobo:
Qui me teq; simul seruauit corpore in uno:

CHORVS.

Exuperat solidum uirtus interrita ferrum;
Nō timet infanos hominum bene tutā furores.
Non Siculos ignes+ rapidi non fulminis iram.
Et uiget in duris:gaudetq; per aspera ferri.
Pectore magnanimo contemnit inertia facta.
Sæpe quidem aduersis agitatur casibus:atq;
Fluctuat:at nunq; didicit succumbere uieta.
Nil fraudes;nil uincula nocent ; nil dira uenena:
Nil Pelag^o;nil scylla rapax:nil sœua charybdis.
Nullus in hanc(moneo)crudelia tela mouere
Audeat:amittet uires & robora dextræ.
Huic omnis debetur honos:hæc deniq; sola
Immortale decus meruit:nomenq; perēne.
Hæc nos conciliat superis:hæc scandere cœlum
Aethereasq; docet sedes+super astra uolare.
Nos facit:& nunq; sentit communia fata.
Discite nunc igitur Reges æterna mereri

Nomina : & excuso contingere uertice cœlum:
 Fernando monstrante uiam cum coniuge clara:
 Perq; omnis resonet fœlix Hispania terras.

Fernandi Seruati finis.

Eiusdem in Ruffum Regiae Maiestatis uiolatorem Inuestiuæ.

O Vis tantū ifcelix dederat tibi Ruffe fū
 Armaratq; truces ense furente manus?
 Quis cæcā indiderat mentem? qs talia monstra
 Suaserat? Ostygi dira propago lacus.
 Quod tibi conferri possit facinusq; scelusq;
 Quod maius monstrū Phœbus in orbe notet?
 Tu Schyrona grauem superas : & Bebryca diræ
 Busiris minor est impietate tua.
 Huic sceleri cedunt uiolenti facta Procustis:
 Et Schinis Istmiacis peena timenda uiris.
 Bistonii ingenium superasti īmane Tyranni:
 Carnibus humanis qui satiabat equos.
 Iam tibi Tandalidæ uincuntur perfide fratres:
 Turbarint nitidos qui dape Solis equos:
 Spartacus & Chrisus seruilia signa ferentes:
 Dicent mites Enomatusq; simul.

Non Marius: nō Sulla ferox: nec Cinna cruentus
Conferri poterunt impie Ruffe tibi. obtrahit
O scelus indignum: quod nulla piacula soluat:
Quodq; patet supero displicuisse Patri:
Oblitus recti: commiscens sacra profanis:
Oblitus quidnam fasq; piumq; petant:
Tu ne caput sacrum gladio resicare parabas?
Quod uifam innumeris præbuit ante uiris.
Tu ne ducem tantum uiolare insane putaras?
Qui gerit assidue Martia bella Deo.
Qui ueneranda ferens uictoria signa Tonantis
Impia Barbarici contudit arma ducis.
Qui Mauro Hesperia fœlici Marte fugato:
Inde domum uictor clara trophya tulit.
Quiq; suos cupiens purgates reddere fines
Iudaicum Hispano reppulit axe genus.
O caput insanum quod nulla cucurbita purget:
O cui uipereo pectora felle uirent:
Soluere tun demes Adainatina uincula furebas?
Queis superi Hispanos implicuere Duces.
Quos stabili iunxit diuina potentia Cesto:
Haud furor hos hominis dissociare potest.
Ergo in Fernandum non hæc: sed in ætheris alti
Numina: direxti tela nefanda miser.
Hæc genus humanum crudelis dextra petebat:
Orbis in hoc quoniam statq; caditq; salus.

Sed superi qui cuncta uident mortalia iusto
Lumine: Quiq; regunt ordine quæq; suo:
Vocibus Helisabes flexi precibusq; pudicis
E manibus diris eripuere Ducem:
Diuinumq; caput seruant ingentibus actis:
Teq; graui dedunt uipera sœua cruci+
Si sapis ergo tuo gratare Hispania Regi:
Turicremos spargens flore & odore focos+
Sancta sacerdotes exornent templa Corollis:
Maxima sanguineam uictima plagat humū+
Omnibus & superis concordi uoce rogatis:
Sit tibi Rex tantus læta precare diu+
Sed tamen heu facias: ut perfidus ille furensq;
Det pœnam: qualem commeruisse uides.
Crede mihi nulla est nulla inclemensia. Fas sit
Innocuo Regi non timuisse malos+

Finis.



The image shows a circular seal or emblem. In the center is a figure, likely a saint, wearing a crown and holding a book. The figure is surrounded by a circular border containing text. The text appears to be in Latin and includes the words "SIGILLUM COMMUNIS TERRITORIUS VILLE BONENTIAE". The entire emblem is set against a background of aged, yellowed paper.

